



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Auctoritate S. Conciliorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.** rancem Ecclesiam dixerit, non modo hæresim  
A.C. 1528 dixisse, sed hæresum omnium puteus fuisse  
judicetur.

### De Auctoritate S. Conciliorum.

**T**ertium Decretum declarat: *Absur-  
dum videri, si tanto studio Deus veteri  
Synagogæ adfuit, ut si quid in lege difficile  
vel ambiguum occurreret, quod citra contro-  
versiam a judicibus absolvi non posset, desig-  
nato tamen cætu non careret, cuius arbitrio  
res tota finiretur, Ecclesiam tamen longe Sy-  
nagoga potiorem ita necessariis destituat au-  
xiliis, & prorsus non habeat, cui suborta  
de fide quæstione tuto satis inniti possit. Pro-  
inde cum certa sit, & infallibilis Ecclesiæ re-  
gula, ea proœcto sacris generalibus Conci-  
liis auctoritas derogari non potest, quæ pro-  
xime universalem repræsentant Ecclesiam.  
His igitur ea decernendi, quæ ad sincerita-  
tem fidei, extirpationem hæresum, Ecclesiæ  
reformationem, & morum integritatem per-  
tinent, potestas adimi nequit. Sancta ita-  
que & inviolabilis est Conciliorum universa-  
lium auctoritas, cui quisquis pertinacius re-  
fragatur, hostis fidei jure optimo censi debet.*

### De Libris Canonicis.

**I**n quarto Decreto ita statuitur: *Cum  
non humana voluntate allata sit Prophe-  
tia,*